

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

De quaestione que tum temporis de Paschate agebatur. Cap. XXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

dabat, & orationem apologeticam apud senatum habi-
tam, si cui lubitum sit accurate cognoscere, ex libro no-
stro, quem de veteribus martyribus composuimus, ma-
nifesto intelliget.

Qui ijs temporibus episcopi prouinciarum fuerint.

CAPVT. XXI.

Decimo anno Commodi imperii, postquam Eleu-
therus decem & tribus annis pontificatum admini-
strauerat, successit Victor quo quidē tēpore, vbi Iu-
lianuſ decimum ministerii ſui annum compleuerat, ecclē-
ſiarum Alexandriæ procuracyem caperſit Demetriuſ.
Quorum temporibus Serapion, quem modo declarauim-
us, octauuſ ab Apoſtoliſ ecclēſiæ Antiochenæ epifo-
puſ, magno apud omnes in honore fuit: Cæſareæ item
id temporis Paleariarum prafuit Theophiluſ. Narcif-
ſuſ ſimiliter, cuiuſ ſuperior noſtra mentionem fecit ora-
tio, adhuc ecclēſiæ Hieropolitanæ ministerio perfun-
gebatur. Ecclēſiæ Corinthiorum, quæ eſt in Græcia, iſſe-
dem temporibus Bacchylluſ fuit epifcopuſ: ecclēſiæ E-
phesianæ Polycrates. Et quanquam multi alii p̄ttereā,
ut veriſimile eſt, & prope infiniti, illa hominuſ ætate
floruerunt, illos tamen, quoruſ recta fidei & catholica
ſententia scriptis ad noſtrā ætatem deriuata ſit, ſolos,
ut ratio poſtulabat, nominati citauimus.

De quaſtione que tum temporis de Paſchate agebatur.

CAP. XXII.

Quoniam vero illis temporibus de feſto Paſchatis
in honorem ſeruando non exigua concitata pro-
p̄trea erat controuersia, quod omnes ecclēſiæ A-
ſiæ, antiqua quadam traditione adductæ, censebant deci-
mo quarto die lunæ (quo Iudeis olim p̄ceptum erat,
ut agnum immolarent) feſtum illud celebrādum, & om-
nio eo die, in quemcunque hebdomadæ diem forte in-
cideret, ieuniis finem statuendum, & quod non in mo-
re poſitum eſſet, ceteris ecclēſiis per vniuersum or-
bem terrarum diſperſis, quæ conſuetudinem ex Apo-
ſtola traditione ad hoc uſque tempus continua-
tam tenebant, (nimirum ut non alio die, quam eo, quo

O 4

Seruator

301 EVSEBII HISTORIAE

11 1238

Seruator à mortuis resurrexerit, iejunia dissoluerentur) istum modum obseruare, idcirco concilia & conuentus episcoporum in vnum cogebantur, & omnes vna sententia decretum ecclesiasticum, nempe vt non alio die aliquando, quam dominico, mysterium domini resurrectio nis à mortuis celebraretur, & vt in hoc solo, iejuniorum, quæ circiter pascha fieri solent, finem faceremus, per litteras ad omnes ecclesias scriptas ratum faciebant. Decretum autem episcoporum, qui tū erant in Palestina conuocati, ad hanc usque ætatem scriptis custoditum est. In quorum Synodo Theophilus Cesariensis ecclesiæ episcopus, & Narcissus episcopus Hierosolymorum præsides fuerunt. Aliud etiam est episcoporum, qui Romæ similiter conueniebant, de eadem controversia statutum: quod quidem Victorem id temporis episcopum fuisse declarat. Aliud item episcoporum Ponti, quibus Palmas, vt pote antiquissimus & maxime veneradus presidebat. Aliud ecclesiarum Galliæ, quas Irenæus regebat episcopus. Aliud porro ecclesiarum, quæ Osrœnam, & reliquias in eo loco ciuitates incolebāt. Aliud separatum Bacchilli ecclesiæ Corinthiorum episcopi, & alia deniq; aliorum propè infinitorum, qui uno consensu, iudicioq; uno eandem de illius festi obseruatione tulere sententiam. Atque istorum, omniū vna hæc, quam docuimus, consentiens erat decisio.

De discedio episcoporum in Asia de Paschate, & quomo do omnes de eodem consenserint.

CAP. XXXII.

Suprafo.
29. Episcopis autem in Asia coactis, qui morem iam olim ipsis à maioribus traditum sedulo obseruandū conservanter assueverabant, præfuit Polycrates. Qui in ea epistola, quam ad Victorem, & ecclesiam Ro. scripsit, traditionem ad ipsius usq; tempora deducetam, his fere verbis exponit. Nos diem Paschatis integre incorrupteque, recolimus, neque addendo quicquam, neque detrahendo. Etenim hic in Asia obdormierunt in domino præclara, illa ecclesiæ sc̄minaria (quæ quidem in die aduentus domini,